

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 17 : \[18\] De Deucalione](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 17 : [18] De Deucalione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[114\] : De Deucalione](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 18 : De Deucalione](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 18 : De Deucalion](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 19 : De Deucalion](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ)□ ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 259v°-261r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Deucalion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

Mythologiæ

fufcepit, & filias viginti, inter quas fuit Salamin, Harpine, Corcÿra, Thebe, Ifmene, Antiope, Oeroc, Cleone, Nemea, Sinope, quam raptam ab Apolline memorant, & in Pontum deportatam, e quo Syrum peperit, qui Syriæ nomen dedit, vt ait Philoftephanus. At Dionyfius in fitu orbis à Ioue raptâ fuiffe Sinopen ita fcripfit;

Ἡ ἄρα ἐκ Λαοπίου ἀρῶντα δὴ ἄρῶντιον.

ἔπιπτε δὲ καὶ τὴν ἐκείνην ἀρῶντα ἔπειτα

ἔπειτα ἰφθαλίαν, ἣν ἔπειτα τὴν ἰφθαλίαν

ἰφθαλίαν, ἣν ἔπειτα τὴν ἰφθαλίαν ἐκείνην.

10

Errantem cepit qui Afopida namq; Sinopen,

Quam tristem in regione sua fopiuit, vt illum

Iupiter admonuit correptus amore puellæ.

Inuitam idcirco e patriis hanc ceperat agris.

Alii tamen, inter quos fuit Andron Teius, vnâ fuiffe ex Amazonibus Sinopen tradiderunt: alii Martis & Aeginæ filiam. Fuit etiam Aegina, quam Iupiter rapuit, Afopi filia, quam cum ftudiofè quæreret Afopus, nequæ vfpiciâ inueniret, à Sifypho pacta mercede vt perennem aquam in Acrocorintho pro iudicio obtineret, inuenit. Eius iudicii pœnas apud inferos luere Sifyphum nonnulli tradiderunt, atque Afopum ipfum cum Iouem infequeretur

20

fulmine percuffum fuiffe, vt ait Callimachus. Fuit enim Afopus Thebanorum fluius, qui fuos fontes habuit in Arzephyræ, Trachiniâque Solum vocatam præterfluebat: qui cum fulmine iſtus fuiſſet remiſſus eſt in ſua fluente, & diu poſtea carbonẽs deuehere ſueuit, vt ait Apollod. libro tertio. Ab hoc fluio regio vniuerſa in agro Thebano iuxta Cithæronem montem Afopiâ vocata fuit, vt eſt apud Stra. libro nono. Pausanias ſcripſit in Corinthiacis Afopum amnem in finibus Phliâſhorum fuos ortus habuiſſe, qui per Sicyoniorû agrum lapſus in mare intrat iuxta Corinthum. Atqui cum multi fuerint Afopi, rationi conuenit & varias regiones, & varios ortus illis fuiffe aſſignatos. At finxerunt antiqui Afopum fuiffe hominem, cui actiões iſtas tribuerunt. Alii hominem fuiffe vere crediderunt, qui, quoniâ terram forte excavans Afopi fluuii fontes reperiffet, obtinuit vt fluuius de ſuo nomine diceretur. Aiunt hunc fuiffe Iouis, vel Neptuni, vel Oceani filium, quod ex aere in aquam verſo, orientur flumina, vt ait Ariſtor. in Meteor. vel quod mare principium eſt omnium fluuioꝝ. Huius filiz multæ dicuntur, quæ ſunt vel riuus, vel aquarum proprietates, quæ multa nomina ſortitæ ſunt. Fabulantur illum rapta filia fuiffe fulmine percuffum cum Iouem infequeretur, quia ſiccitas cœli & calor iam riuos exiccauerat, & cum ipſe fluuius extenuatus in vapores verteretur, Iouem infequebatur, & ob calorem prope exiccatus fulmine dicitru percuffus. Fuit enim maxima ſiccitas aliquando in agro Thebano & in Aegina, quare locus datus eſt fabulæ. At nunc de

30

Deucalione dicamus.

40

De Deucalione,

cap. XVII.

Deucaſionis diluuium, & aquarum copia, quæ fuerit, nemini obſcura eſt; at cur illud diluuium ita factum ſit, pauci omnino tradiderunt: ſed nos vt in cæteris conſueuimus, hoc etiam explicemus. Fuit Deucalio Prometheus filius, vt ſcripſit libro 3. Apollonius;

170

Ἰθάκη ἀργεῖον
Ἰωνταῖδης ἀγῶν τῆς δευκαλίονα .

hic namq; Prometheus
Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.

At Hom.lib. v.Iliad.Deucalionem Minois filium fuisse inquit in his;

Μίνως ἀπὸ τῆς ἀργεῖας δευκαλίονα .

Edidit hinc Minos præclarum Deucalionem.

Hellanicus vero Promethei & Clymenes filium fuisse scripsit, Hesiod.Promethei & Pandoræ, quod etiam Strabo testatur libro nono . Alii Minois & Palisphaes, alii Asterii & Cretæ. Hi enim Minois recensentur; Castreus, Deucalion, Glaucus, Androgeus ab Apollodoro: filia Hecale, Xenodice, Ariadna, Phædra. Istud autem accidit, ut varii parentes Deucalionis dicantur fuisse, non solum quod ob antiquitatem rei dissentiant scriptores, sed etiam quia diuersi fuerunt Deucaliones, cum tamen omnia de vno Promethei filio dicantur. Hic habitauit in Cydno Locridis, ut ait Strabo lib. 9. vbi planities fuit fertilissima inter Cydnum & Opuntem, ut ait Apollon.lib. 3.

10

ἄλλοι ἀπαντες ἀργεῖον ἔροι γαῖαν,
ἀόμκω ἰσχυρότερι καὶ ἰσχυτῶ . Ἰθάκη ἀργεῖον
Ἰωνταῖδης ἀγῶν τῆς δευκαλίονα .

Est tellus quædam circundata montibus altis
Irrigua atq; ferax herbarum . hic namq; Prometheus
Filius Iapeti clarum edit Deucalionem .

20

Lucianus in Dea Syria Deucalionem Scytham fuisse inquit illum, sub quo fuit diluuium, his verbis; ἢ μὲν δὲ ἀλλὰ δευκαλίονα τῆς σκυθίας τῆς ἰσχυρῆς ἀγῶνι, τῆς δευκαλίονα, οὗ τῆς τῆς ἀλλὰ ἀγῶνι γίνονται. Multi sanè Scytham Deucalionem facellum hoc erexisse inquam Deucalionem, cuius tempore multa fuit inundatio . At Paus. in Artici Iouis Olympii templam fuisse vetustissimum Athenis scribit a Deucalione extructum, & ipsum Deucalionem habitasse Athenis, cuius etiam sepulchrum fuit Athenis non longe ab illo templo. Hunc imperasse Thessaliæ constat, quem etiam Regem ita appellauit Herodo. in Clio; ἰσχυρῶν γὰρ δευκαλίονα βασιλεῦς, οὗ τῆς φθίας . Tempore Regis Deucalionis Phthiotim habitabat . Hic Pyrrham habuit uxorem Pandoræ & Epimethei filiam, ut ait Proclus, de cuius nomine vocata fuit Thessalia primum Pyrrha, ut testatur in his carminibus Rhianus;

30

Πύρρα δὲ πῦρ τεσσαρὶς πάλαι τε καὶ νῦν
Πύρρα δευκαλίονα ἀπὸ ἀρχαίων ἀλέχου .
Ἀμυθὴν εἰσὶν ἀφ' αὐτῆς, ἔργα πειραστῆ
ἔγνωτο φέρωντι οἴον . ἴδ' ἀπὸ τῆς δευκαλίονα .
τῆς ἀπὸ δευκαλίονα καὶ μεταφερέσαστο .

Hanc Pyrrham dixere patres de nomine Pyrrhæ,
Vxor prisca fuit quæ magni Deucalionis .
Aemonia est & rursus ab Aemone dicta Pelasgi,
Quem clarum genuit natum : hic at Thessalonæum;
a quo Thessalici populi sunt inde vocati .

40

Dicitur est Deucalion Hellenem, qui nomen dedit Græciæ, filium habuisse, & Amphictyonem, & Melantho, cuius ex Neptuno filius Delphus Delphis nomen dedit, ut scripsit Euphorion . Memorix prodidit Andro Teius magnâ sceleratorum hominum frequentiam fuisse Deucalionis tempore, cum freques

quænes

Mythologia I

quentes omnino essent homines vbique, Est enim illa consuetudo, vt, cum difficilius in magna multitudine viuatur, difficultas victus & astutiores, & peiores homines efficiat. Nam fames neque Deorum religionem, neque maiestatem legum, neque auctoritatem principum veretur, quare omnia scelerum genera per annonæ difficultatem oriuntur. Hinc nascitur Deorum indignatio, & acerbitas bellorum, qualia fuerunt Iouis consilio & Oedipodis & Priami tempore cum vniuersus propè terrarum orbis iis bellis exarserit. Inde Iouis eiusdem consilio grauisimæ exortæ sunt pestilentiæ ad delendas sceleratas nationes, quare Furiæ solio Iouis assidere dictæ sunt. Est enim eadem ciuitatum, quæ corporum etiam singulorum hominum natura; vt cū multis malis hominibus, tanquam noxiis humoribus, repletæ fuerint, diuina ita statuente prouidentia per aliquas calamitates expurgentur; cum nihil humanum in summo vertice diu consistere possit, & proxima sit semper peccatorum eximæ magnitudini diuina vltio. Quod autem maxima esset perditorum hominum multitudo, ita significauit Ouidius lib. 1. Metam.

Occidit vna domus, sed non domus vna perire
Digna fuit. qua terra patet, fera regnat Erinny.
In facinus iurasse putes.

20 At vero Deucalion vir bonus & pius habitus est, qui Deorum etiam immortalium primus templa ædificauit, & ciuitates condidit, vt ait Apollonius lib. 3.

*Ἰωάννου τοῦ ἁγίου τοῦ θεοῦ Διονυσίου
Ἐ ἀρχῆν ἀνέστη πάλαι, καὶ ἰδὲναι τοῦ
ἀλλοῦ τοῦ, πρῶτον δὲ καὶ ἀδελφῶν βασιλευσιν.*

Filius Iapeti clarum edidit Deucalionem.

Condidit hic primus vrbes ac templa Deorum.

Mortales inter primos regnavit & idem.

Cum igitur vitæ integritate, & sanctitate, & erga Deos immortales reuerentia Deucalion & Pyrrha cæteris hominibus præstarent, de quibus ita scripsit Ouid. libro primo;

30 Non illo melior quisquam, nec amantior xqui
Vir fuit: aut illa reuerentior vlla Deorum.

In quadam arca, vti monitus fuerat à Prometheus rebus necessariis eò comportatis seruari fuerunt, quam Lucianus in Timone *ἡρώδης* appellauit, at Adron Teius *Ἀδρον*, vnde Parnassus, quod eo scapha illa appulerit, Larnassus antea dicebatur; deinde mutata prima litera nominatus est Parnassus. Cum terra multos dies sub aquis latuisset, vt experiretur an aquæ decreuissent, & an longe abesset a terra Deucalion, columbam quandam quam secum habebat dicitur emisisse, vt testatur Plurarchus in libello de industria animalium. Id cum sepius fecisset, eoque citissima eò reuolasset, quia non habebat vbi consisteret, intelligebat Deucalion aquas nondum satis decreuisse; verum cum auolasset denique, neque amplius rediisset, intellexit sic cum iam alicubi esse terræ solum, & id non longe abesse quare Deucalion eo cum scapha traiecit, quo egressus cum Pyrrha Themidis oraculum, quæ tunc responsa dabat, adiuit, sciscitaturus quo pacto, si ita Diis placeret, posset humanum genus reparari. Id autem responsum tolerunt vt velatis capitebus ossa matris post se iacerent; quibus diu cogitantibus partim difficilissimum, cum omnia limo obducta essent, partim etiam impium diæ responsum visum est, si etiam mortuorum ossa, quæ vbi essent, ne scirent, effodere

& munere

& mouere iuberentur. At venit in mentem denique Deucalioni communem omnium matrem & astrictam esse terram, cuius ossa iure saxa dici ob duritię possent: sic autem rem expressit Ouid. lib. 1.

Atque ita, si precibus, dixerunt, numina iussis
 Victa remollescunt: si flectitur ira Deorum,
 Dic Themis, qua generis damnum reparabile nostri
 Arte sit: & meritis ser opem mitissima rebus.
 Mota dea est: sortemq; dedit. discedite templo,
 Et velate caput, cinctasque resoluite vestes;
 Ossaque post tergum magnę iactate parentis.
 Obstupuere diu, rupitq; silentia voce.
 Pyrrha prior, iussuque Deę parere recusat.
 Detque sibi veniam pavidō rogat ore; pauetq;
 Lrudere iactatis maternas ossibus ymbra.

10

Nam cum illa audiuisset Deucalion statim postea subiunxit;
 Magna parens terra est: lapides in corpore terrę
 Ossa reor dici. iacere hos post terga iubemur.

Verum hanc rem breuissimę complexus est Iuuenalis in prima satyra his carminibus;

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
 Nauigio montem ascendit, fortesq; poposcit,
 Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,
 Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

20

Arrhianus tamen in libro secundo rerum Bithynicarum Deucalionem in arcem, locumque eminentiorem tunc Argi confugisse inquit ex illo diluuiō, quare post illam inundationem Ioui Aphesio liberatori scilicet aram erexit, qui locus postea Nemea a pabulo pecudum, quę frequētes ibi pascebantur, fuit nominatus. post illam inundationem, ut ait Thesibulus in historiis sumptis illis qui erant superstites Dodonam habitauit, quam regionem ita ab vna Oceanidam appellauit, ut scripsit in suis commentariis etiam Acellodorus.

30

Hęc illa sunt, quę de Deucalione memorantur ab antiquis. nunc cur ita ficta fuerint, inuestigemus. Deucalion fuit vir bonus & iustus & pius, qui ob equitatem religionemque suam, non solum Promethei siue prudentię filius fuit creditus, sed etiam ab aquarum impetu Deo protegente seruatus, cum nefarii omnes vno tempore periissent. est enim initium sapientię timor domini, quare prudentię filius Deucalion. cum viros bonos mergi omnino non patiatur Deus, quos fluctuare patitur, idcirco in arca seruatus Deucalion & Pyrrha eam tempestatem euaserunt. ac cum rursus rudes homines, & religionis cultusque Deorum ignari nascerentur, dicti sunt lapides, qui a Deucalione ad policiorem vitam, & a Pyrrha informati fuerunt, sunt in homines conuersi. Hęc igitur fabula ad probitatem, & ad cultum Deorum homines adhortabatur, quę excepta est, ut mihi quidem videtur, ę sacris literis. at nunc de Ione dicamus.

40

De Ione siue Iside,

Cap. XVIII.

Fuit Iō, quę Iunonis Zelotypia in candidam vaccā cōuersa est, ut scriptū fuit a Cecrope, Argi & Ismēnes Afopi filia, ut vero ab Acellodorus Neptu

V u u n i &